



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

**Parisiis, 1644**

Concilivm Aquisgranense, Qvo Controversia Inter Piligrinvm  
archiepiscopum Coloniensem, & Durandum episcopum Leodiensem, de  
subiectione monasterii Burcitanii terminata fuit anno Domini MXXII.  
tempore ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15625**

<sup>a</sup> CONCILIVM AQVISGRANENSE,

ANNO  
CHRISTII  
1022.

QVO CONTROVERSIA INTER PILIGRINVM archiepiscopum Coloniensem, & Durandum episcopum Leodiensem, de subiectione monasterii Burcitani terminata fuit anno Domini MXXII. tempore Benedicti papæ VIII.

NOTA.

<sup>a</sup> *Concilium.* ] De rebus in hac Synodo gestis chronicon Cameracense libro 3. cap. 35. ista: *Sub his diebus, cum forte imperator Henricus in Aquisgrano palatio tam de ecclesiasticis quam & de secularibus tractaret, in ipsa interim ecclesia prouincialis Synodus ab episcopis celebrata est. Vbi siquidem inter archiepiscopum Coloniensem Piligrinum, & Durandum Leodiensem pontificem, altercatio non parua recrudit pro monasterio Burritho, quod vterque sue parochia subiicere contendebat. Dominus autem Gerardus episcopus, vt testimonio veritatis litem compeceret, viua voce increpuit, quod episcopi Leodienses quinque abbates illius monasterii sine vlla contradictione archiepiscopi consecrauerunt; imo & ipso imperatore rogante & Baldrico episcopo Leodiensi petente, in presentia domini imperatoris in Aquensi ecclesia sancta Maria presati monasterii clericos ordinauit, ipsumque monasterium cum archiepiscopo Poppone Treuirensium, & Haimone Virdunensium, consecrauit. Eo ergo sibi videri rectius Leodiensi quam Colonienfi regimini subiicere. Quod ita quoque ceteris testificantibus, archiepiscopus prater vllam synodalem reuerentiam ira commotus abiecit. Hæc chronicon Cameracense.*

<sup>a</sup> CONCILIVM MOGVNTINVM

ANNO  
CHRISTII  
1024.

IN CAUSA OTTONIS COMITIS AB HANISTEIN congregatum anno Domini MXXIII. tempore Benedicti papæ VIII.

NOTA.

Causa, locus, & tempus.

<sup>a</sup> *Concilium.* ] De causa, loco & tempore huius Concilii Moguntia celebrati in vita sancti Gothardi cap. 22. apud Surium ista leguntur: *Aribo archiepiscopus Moguntinus illo anno imperatorem ad pentecosten Moguntiam inuitauit, vbi etiam Concilium generale coegit, in quo multa collapsa correxit; precipue vero Ottonem comitem ab Hanistein & Limingardam prater fas sibi cohærentes separare constituerat: quod tamen perficere non potuit, quandoquidem comes, partim imperatoris metu,*